



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

37. Qua ætate Diaconi ordinentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Quia dignum est ut severitatem disciplinae ecclesiasticae sentiat qui salubriter à sanctis patribus instituta observare contemnit.

Desunt aliquot verba in canone isto, quae sic interjicienda sunt ex editione canonum istius Concilii Aurelianensis: approbati, anno integro Missas facere non praesumat, quam rem si quis observare noluerit, & contra consensum fratrum faciens, Missas celebrare &c. Error fuit librarij.

Qua aetate Diaconi ordinentur.

Capitulum XIII.

Conc. Agath.
c. 16.

XXXVII. Episcopus verò benedictionem diaconatus minoribus à viginti & quinque annorum penitus non committat. Sanè si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est ut sequestrato mansionis cubiculo, religione praemissa, postea quàm pariter conversi fuerint, ordinentur.

Qua aetate Episcopi vel Presbyteri consecrentur. *Ex eodem, cap. XVII.*

XXXVIII. Presbyterum verò vel Episcopum ante xxx. annos, id est, ad viri perfecti aetatem perveniat, nullus Metropolitanorum ordinare praesumat; ne per aetatem, quod aliquoties evenit, aliquo errore culpentur.

Qua aetate sacerdotes ordinari debeant. *Ex canonibus orientalium antiquorum patrum cap. XX.*

Concil. Neocæsar. c. 11.

XXXIX. Si quis triginta aetatis suae non impleverit